- 15 quia in sesquialtera proportione maior pars est quam in sesquitercia, et in sesquitercia maior quam in sesquiquarta, et quanto maior numerus est in superparticulari, tanto minor pars fuerit.

*Bi*

**234,27 SUPERPARTICULARES HABITUDINES**

- 16 Sesquialteros continuos videas hic in figura.

*Aut*

*cf. 235,3-7 (B8)*

- 17 sui generis

*Vrf*

**234,27 HABITUDINES**

- 18 continuas

*Aut*

**234,27 PRAECEDIT**

- 19 plus habet

*Aut*

**234,27 SUAE SCILICET**

- 20 habitudines dico factas

*Aut*

**234,27 IN CONTRARIAM PARTEM DENOMINATIONIS**

- 21 a duplo sesquialtera et reliquae

*Q<sup>2</sup>*

- 22 quia ipse est multiplex, ille superparticularis nominatur

*MaPbPe<sup>5</sup>V<sup>2</sup>*



- 23 F<ulbertus>: ut, qui duplus alterius, sit subsesqualter alterius [et c.] [et reliqui]  
*Pb<sup>9</sup>PcAutLhaLryVrf*  
 F<ulbertus>] *om. Lry, eras. Lha; cf. I,31,1 et c.] add. AutLhaLryVrf et reliqui] add. Aut*
- 24 et in hoc claret exemplo  
*LaPe<sup>5</sup>*  
 et] ut *Pe*  
*instar textus La*
- 25 *In contrariam partem dicit suae denominationis, quia quartus est ab unitate, habet tamen III sesquialteros et non IIII; et qui tercius est ab unitate, habet tantum duos sesquialteros et non III; et sic videas in omnibus competenter.*  
*Aut*

**234,28 CONTRARIAM**

- 26 convenientem  
*Wq*

**234,29 HOC MODO**

- 27 exponit  
*Aut*

**234,29 UT DUPLEX SESQUALTERAS ANTECEDAT**

- 28a ut in prima discriptione  
*Pn*  
*cf. 235,3-7 (B8)*
- 28b Hoc indicat prima figura.  
*Aut*  
*cf. 235,3-7 (B8)*

**234,29 SESQUALTERAS**

- 29 habitudines  
*PnLpl*

**234,29 ANTECEDAT**

- 30 ut est II superponitur III  
*Aut*

**234,30 TRIPLEX SESQUITERTIAS**

31a ut in secunda discriptione

*Pn*

31b Hoc indicat secunda figura.

*Aut*

*cf. 235,17-21 (B9)*

**234,30 QUADRUPLEX SESQUIQUARTAS**

32a ut in tertia discriptione

*PnLpl*

ut] *om. Lpl*

*cf. 236,1-5 (B10)*

32b Hoc indicat tertia figura.

*Aut*

*cf. 236,1-5 (B10)*

**234,30 AC DEINCEPS**

33 quincuplex sesquiquintas, reliqui

*PnLpl*

reliqui] *om. Lpl*

**235,3 ad B8**

34 A duplis sesqualteri

*Pn*

35 <sup>1</sup>Quod autem dicit *disputatorem de musica inquirere III vel IIII vel plures superparticularium*, i. sesqualterorum vel sesquiterciorum proportiones: <sup>2</sup>sic est accipiendum, ut accipiemus ab unitate prius locata omnes multiplices, s. duplices ad sesqualteros faciendos usque ad XVI numerando I II IIII VIII XVI, <sup>3</sup>et unicuique horum supposito suo sesqualtero videamus, quoto loco, vel secundo, vel tercio, vel plus ab unitate, quae prior est, discesserit. <sup>4</sup>Si ponitur secundus ab unitate, ut duo, habet unum sesqualterum sibi suppositum; si tercius est ab unitate, duos habet sesqualteros; si quartus, III habet sesqualteros. <sup>5</sup>Et hoc est, quod dicit: *in contrariam partem suae denominationis*. <sup>6</sup>Qui quartus est ab unitate, habet tantum tres sesqualteros et non IIII. <sup>7</sup>Et sic in ceteris adhuc considera in triplis et quadruplis, qui sequuntur in aliis duabus figuris.

*Aut*

<sup>7</sup> adhuc] ad hunc *Aut*

- 36 <sup>1</sup>Ecce, quia binarius primus duplex est post unitatem, ideo habet unum tantum numerum post se, qui est sesquialter ad ipsum i. ternarium. <sup>2</sup>Et ideo ternarius solus scriptus est sub binario, sicut in figura patet. <sup>3</sup>Ita nota de ceteris: tot enim habet quisque duplus sub se sesquialteras, quantus duplus ipse est ab unitate. <sup>4</sup>Hoc idem nota in figura sesquitertiorum et sesquiquartorum.

*Vrf*

### 235,8 IN SUPERIORE IGITUR DESCRIPTIONE ...

- 37 Exponit praedictam figuram.

*Aut*

### 235,8 IN SUPERIORE IGITUR DESCRIPTIONE

- 38 duplorum

*PnLpl*

### 235,8 PRIMUS MULTIPLEX

- 39 ab I

*Aut*

### 235,9 UNUM

- 40 solum, ut figura indicat

*Aut*

- 41 <sup>1</sup>solum i. tantummodo, quia III non habet numerum inferiorem, cui sit subsesquialter, <sup>2</sup>quia nullus numerus est, qui contineat eum totum et medietatem eius, quia medietate caret. <sup>3</sup>Non enim in duo equa dividi potest. <sup>4</sup>Et ita videto in VIII et in XXVII et in LXXXI, quia non habent sub se numeros, quibus sint subsesquialteri, <sup>5</sup>nam carent numeros, qui eos contineant et medietates eorum, cum non dividantur in duo equa.

*Aut*

### 235,9 AD SE

- 42 post se

*Vrf*

### 235,9 QUI

- 43 ternarius

*Pn*

**235,10 VERO**

- 44 sed  
*Aut*

**235,11 QUONIAM**

- 45 numerus  
*V2*
- 46 quare  
*Aut*

**235,11 MEDIETATE DEFICIT**

- 47 III enim in duo equa dividi non possunt.  
*Aut*

**235,11 DEFICIT**

- 48 vel destituitur  
*Kn*  
destituitur *Kn*

**235,12 QUATERNARIUS**

- 49 qui est in tercio loco ab unitate  
*Aut*

**235,12 SECUNDUS EST DUPLEX**

- 50 ad III  
*Aut*

**235,12 HIC**

- 51 quaternarius  
*PnAut*  
III *Pn*

**235,12 SESQUALTEROS**

- 52 continuos s.  
*Aut*

**235,13 SENARIUM ET NOVENARIUM**

- 53 exponit quos sesqualteros s.  
*Aut*

**235,13 QUI**

- 54 novenarius  
*M<sup>3</sup>PbPnV2Aut*  
*VIII Aut*

**235,15 TRIPLI VERO EODEM MODO SESQUITERTIOS CREANT.**

- 55 dupli creant sesquialteros, sed t<ripli> ...  
*Aut*  
 creant] erant *Aut*
- 56 Inspice secundam figuram.  
*Aut*  
 cf. 235,17-21 (B9)

**235,16 SESQUITERTIOS**

- 57 sesquitercia proporcio  
*Aut*

**235,17 ad B9**

- 58 A triplis sesquitercii  
*McPn*

- 59 <sup>1</sup>Similiter numeri istius ultimi figurae, qui sunt IIII XVI LXIII CCLVI, non creant sub se sesquitercios. <sup>2</sup>Nam IIII in tribus partibus equis dividi non potest, et ideo non habet inferiorem se numerum, cui sit sesquitercius. <sup>3</sup>Nota et hoc in XVI et LXIII et CCLVI. <sup>4</sup>Et hoc est, quod dicit: *semperque tertia pars quodam naturali fine excluditur in ultimo numero*, <sup>5</sup>quia hac in figura nullus ultimus numerus est, qui habeat sub se numerum, qui contineat eum totum et eius terciam partem, <sup>6</sup>cum careatur terciis partibus, i. *cum excludantur a terciis partibus* et similiter unaquaque figura secundum genus suum potest notari in ultimis numeris naturalis finis.

*Aut*  
 6 unaquaque] inaquaque

**235,22 IN SUPERIORE IGITUR DESCRIPTIONE**

- 60 triplorum  
*PnLpl*
- 61 figura, quam modo diximus: I III VIII et c.  
*Aut*  
 cf. 235,17-21 (B9)

**235,23 TRIPLEX**

- 62 ternarius  
*PbV2Aut*

**235,23 SESQUITERTIUM**

- 63 quaternarium  
*PbV2Aut*

**235,24 SECUNDUS**

- 64a triplex, VIII<sup>us</sup> s., praecedat XII XVI  
*PbV2*
- 64b triplex  
*Aut*

**235,24 TERTIUS**

- 65 triplex, i. XXVII  
*Aut*

**235,25 IN ULTIMO NUMERO**

- 66 sesquitertio  
*Vrf*

**235,25 NATURALI QUODAM FINE CLAUDATUR**

- 67 Quia isti angulares numeri non possunt in tres partes dividi, idcirco  
*quodam naturali fine clauduntur.*  
*So*

**235,25 CLAUDATUR**

- 68 excludatur  
*Aut*

**235,26 QUOD SI QUADRUPLO STATUERIS**

- 69 Aspice ad sequentem figuram.  
*Aut*  
*cf. 236,1-5 (B10)*

**235,26 QUADRUPLUM**

70 unitate

*So*71 hic III<sup>o</sup>, ita de ceteris potes per te notare:

I IIII

I V

*Vrf***235,27 SI QUINCUPLUM**

72 statueris

*Pn***235,27 SINGULI DENOMINATIONE MULTIPLICES TOT SUPERPARTICULARES PRAECEDUNT, QUOTO LOCO IPSI AB UNITATE DISCESSERINT.**

73 Verbi gratia: In quadruplis secundo loco ab unitate discedunt XVI; totidem superparticulares, i. duos, quod XX et XXV ipsi XVI praecedunt.

*McPn*XXV] XXXV *Mc***235,27 SINGULI**

74 quia singuli aut primi aut secundi

*Pe<sup>5</sup>***235,28 DENOMINATIONE**

75 nam sesquitertia a triplis denominatur

*PnLpl*

76 simili servata, ut triplex sesquitercios, quadruplus sesquiquartos, et sic per cetera

*Aut***235,28 MULTIPLICES**

77 nominativus

*Cg*

78 qui multiplices nominantur, ut sunt dupli, tripli, quadrupli ac deinceps

*PbV<sup>2</sup>*

## 235,29 IPSI

- 79 multiplices  
*Pr<sup>1</sup>*

## 236,1 ad B10

- 80 A quadruplis sesquiquarti  
*McPnLpl*  
quadrupli *Mc* sesquiquadra *Pn* sesquiquarta *Lpl*

## 236,7 QUATTUOR

- 81 sesquialteros  
*Aut*

## 236,8 SESQUIOCTAVOS

- 82 I VIII LXIII  
VIII LXXII  
LXXXI  
*Q<sup>2</sup>SP<sup>1</sup>*  
LXIII] XIII *Pr*

## 236,10 UTQUE

- 83 et ut  
*BiPbPe<sup>5</sup>V<sup>2</sup>*
- 84 scilicet  
*Aut*

## 236,10 EI NUMERO

- 85 de quo quaestio est; veluti dicat: da mihi IIII<sup>or</sup> sesquiquartos.  
*McPnLpl*  
da mihi] ei *Lpl*
- 86 non naturali [numero] sed multiplici [ut II IIII]  
*BiPbV<sup>2</sup>Aut*  
numero] *add. Bi* ut II IIII] *add. Aut*
- 87 qui primus est  
*PbPe<sup>5</sup>V<sup>2</sup>Aut*  
est] *om. Pe*



**236,10 PRIMO**

- 88 primitus  
*CgPe<sup>5</sup>*

**236,11 QUAERAT**

- 89 aliquis de musica disputator  
*Aut*

**236,11 QUI**

- 90 numerus  
*Q<sup>2</sup>BiPbPnV2Aut*

**236,11 QUANTI**

- 91 quot  
*PbV2AutVrf*
- 92 termini  
*BiPbR1LhaLry*
- 93 numeri  
*Pe<sup>5</sup>AutVrf*

**236,11 PROPOSITI**

- 94 [ab aliquo] ad quaerendum  
*BiPbR1AutLhaLryVrf*  
ab aliquo] *add. Bi* ad quirendum *Lha*

**236,11 TOT**

- 95 sesquialteros  
*WiBwi*
- 96 numeros  
*Aut*

**236,11 PRAECEDERE**

- 97 antecedere  
*Pn*

**236,12 POST SE HABERE NON POSSIT**

98 velut in alio loco inveniri possit

*K<sub>n</sub>*

inveni *K<sub>n</sub>*

**236,12 POST SE**

99 retro se

*P<sub>n</sub>*

**236,12 SED DISPONAT POTIUS MULTIPLICES VIDEATQUE QUANTOS SUPERPARTICULARES REQUIRIT**

100 Verbi gratia: si disputator ille vult habere tres proportiones in musica, recurrat ad numerum octonarium, et ibi poterit invenire tres sesquialteras proportiones. Si vero vult quatuor, incipiat ab XVI et similiter in ceteris; aspice retro in prima figura.

*Aut*

recurra *Aut*

cf. 235,3-7 (*B8*)

**236,12 MULTIPLICES**

101 ut I, II, III et c.; videto retro in prima figura

*Aut*

**236,13 QUANTOS SUPERPARTICULARES REQUIRIT**

102 Quasi interroget eum, quot proportiones velit habere. Si dixerit III, incipiat a XVI; si dixerit unam, incipiat a II; si tres, incipiat ab VIII. Vide in figura.

*Aut*

**236,13 SUPERPARTICULARES**

103 sesquialteros

*Aut*

**236,14 EO LOCO**

104 est figurata locutio

*BcBiCgMcPbV2AutLhaLryVrf*

est] om. *Lry* figura *Mc*

105 de quo questio est; ut, si quaerat quattuor sesqualteros, quarto loco; si duos, secundo; reliqui

*McPnLpl*

qua *Mc* si quaerat] quis *add. Lpl* loco] lo *Pn* reliqui] loco *Lpl*

106 quoti numeri continuas proportiones quaerit

*Aut*

### 236,15 IN SUPERIORIBUS DESCRIPTIONIBUS

107a in prima figura istarum trium

*So*

*cf. 235,3-7 (B8)*

107b Aspice ad primam figuram.

*Aut*

### 236,16 NON A QUATERNARIO INGREDIATUR INVESTIGATIONEM

108 non incipiat investigare posse habere tres sesqualteros a quaternario, s. ab octonario

*Aut*

### 236,17 HIC

109 quaternarius

*V2Aut*

### 236,17 QUONIAM SECUNDUS EST DUPLUS

110 in prima figura vide

*Aut*

*cf. 235,3-7 (B8)*

### 236,18 DUOS

111 sesqualteros

*PbV2Aut*

### 236,18 TERTIUMQUE

112 sesqualterum

*PbV2*

### 236,19 SED UT AB OCTONARIO MEDIETATES TEMPTET AP- PONERE

113 tunc tres sesqualteros invenies

*Pc<sup>5</sup>*

**236,19 SED UT**

114 hoc videat

*PbV2*

115 dico

*Aut***236,19 MEDIETATES**

116a sesquialterae habitudinis

*OPe<sup>5</sup>*

116b sesquialteras

*EiEnR1SoLhaLryVrf*

116c sesquialteras proportiones

*PbV2*

117 Medietates ideo dicit, quia sesquialtera proportio habet minorem numerum totum et insuper eius medietatem.

*Bi***236,19 HIC**

118 octonarius

*Pe<sup>5</sup>Aut**VIII Pe***236,20 TERTIUS**

119 duplus

*PbV2***236,20 QUAERIT**

120 ille disputator

*Aut***236,21 EST ETIAM ALIA AUGENDI PROPORTIONES VIA HOC MODO.**

121 Axioma

*Vrf***236,22 AUGENDI**

122 inveniendi

*O*

**236,23 IN EISDEM COMPARATIONIBUS**

- 123 in multiplicibus sive aliis  
*AutLhaLryVrf*  
 in] *om. AutLry sive*] vel in *Lha*

**236,23 MINIMAE PROPORCIONES**

- 124 quae sunt post unitatem, ut in sesquialteris II et III, in sesquiterciis III et IIII, in sesquiquartis IIII et V  
*PnLpl*  
 sesquiertius *Pn* sesquiquartus *Pn*
- 125 quia primi numeri semper dicuntur minimae proportiones  
*So*
- 126 ut ipse exponet  
*Aut*
- 127 minimi termini, ex quorum comparatione nascuntur proportiones  
*Vrf*

**236,25 MULCTATUS**

- 128 truncatus  
*M<sup>3</sup>PbPe<sup>5</sup>PnV<sup>2</sup>AutLplLryVrf*
- 129 dampnatus  
*O*
- 130 cumulatus  
*Q<sup>2</sup>*
- 131a curtatus  
*CgPht*
- 131b decurtatus  
*PnLpl*
- 132 diminutus  
*KnLzWbLlz*
- 133 privatus  
*Mh*
- 134 plexus  
*Pe<sup>5</sup>*
- 135 alienatus  
*PnLpl*

**236,26 MINIMAE IGITUR PROPORTIONES SUNT**

136 Minimae sunt

*LzLlz*  
sunt] *om. Llz***236,26 MINIMAE IGITUR**

137 a causa

*Aut***236,26 SESQUALTERA**

138 ut in

*M4MaPiV2Tpi***236,26 SESQUITERTIA**

139 in

*M4***236,27 SESQUIQUARTA**

140 in

*M4***236,27 ET DEINCEPS**

141 in sesquiquinta VI ad V

*Aut***236,28 ET QUAEACUNQUE SE PROPORTIONES UNITATE PRAE-  
CESSERINT**142 In omni [enim] specie superparticularium in prima sua radice uni-  
tate differt tantum comes a duce, sed in processu suo, quoto ordine  
fuerit, tot in differentia habet.*OQ2SV1CgMcPbPe5PqWqAutLryVrf*In omni] Numerus *OPb* enim *add. QS* sua] sui *McPbAutLryVrf* tantum dif-  
fert *CgWq* tantum] *om. PeAut* a duce] adduce *Mc* et dux *PqAut* suo] *om.*  
*Wq* habebit *Pe*

**236,28 PRAECESSERINT**

143 minime sunt

*MhMkMm*  
*cf. 236,25*

144 tales sunt

*Pb<sup>3</sup>AutVrf*

145 erunt radices

*Pq***236,29 PROPOSITUM**

146 decretum, constitutum

*Pn*

147 statutum

*Pq***236,29 SIT**

148 a nobis

*PbPe<sup>5</sup>Vz***237,1 RADICEM SESQUALTERAM**

149a duo et tres

*LzPnWbLlz*

149b III ad II

*Aut***237,2 BINARIUM PER BINARIUM**

150 dicens bis duo

*Aut***237,3 TERNARIUS PER BINARUM**

151 dicens bis tres

*Aut***237,4 TERNARIUM IN SEMET IPSUM**

152 III ter

*Pn*

153 dicendo ter ter

*Aut*

**237,5 QUI DISPONANTUR**

- 154 insimul collecti  
*Aut*

**237,6 II III (B11)**

- 155 ex his duabus radicibus duae sesquialterae  
*Lpl*

**237,9 VI AD IIII ET VIII AD VI**

- 156 Binarium ternariumque modo dimisit, quia radices sunt sesquialterorum.  
*OPb V2Aut Vrf*  
et ternarium *Vrf* modo dimisit] reliquit *O* sunt radices *Vrf* sesquialterarum  
*V2*

**237,9 VI**

- 157 scilicet  
*Aut*

**237,10 TRES**

- 158 ut indisiuncta  
*O*
- 159a sesquialteros  
*Pn*
- 159b sesquialteras proportiones  
*V2Aut*

**237,10 DISPONO EOSDEM NUMEROS, QUOS SUPRA IN EXQUI-  
RENDIS DUABUS SESQUALTERIS HABITUDINIBUS PROPO-  
SUERAM**

- 160 <sup>1</sup>Ad sesquialteros enim inveniendos semper erit multiplicatio faci-  
enda per primas radices, i. binarium et ternarium, <sup>2</sup>ut vel se  
multiplicent, vel multiplicatos multiplicent, et iterum multiplicatos  
multiplicent. <sup>3</sup>Et sic in infinitum ad quantumcumque sesquialteros  
volueris inveniendos.  
*Lpl*



**237,11 SESQUALTERIS HABITUDINIBUS**

- 161 II ad III et c.  
*Aut*

**237,12 IPSASQUE SESQUALTERAS PROPORCIONES**

- 162 ponam  
*PbPe<sup>5</sup>*
- 163 VI ad IIII et VIII ad VI  
*Aut*

**237,12 BINARIO QUATERNARIUM**

- 164 dicens bis IIII  
*Aut*

**237,12 BINARIO**

- 165 ex  
*Pn*

**237,13 SENARIUM BINARIO**

- 166 bis VI dicens  
*Aut*

**237,13 BINARIO**

- 167 ex  
*Pn*

**237,14 NOVENARIUM BINARIO**

- 168 dicens bis VIII  
*Aut*

**237,15 NOVENARIUM TERNARIO**

- 169 dicens ter VIII  
*Aut*

**237,17 II III (*B12*)**

- 170 simplices  
*PbPe<sup>5</sup>V<sub>2</sub>*
- 171 He sunt radices.  
*Aut*

**237,18 IIII (B12)**

172 per binarium  
*P<sub>n</sub>*

**237,18 VI (B12)**

173 per binarium  
*P<sub>n</sub>*

**237,18 VIII (B12)**

174 per ternarium  
*P<sub>n</sub>*  
per binarium per ternarium *P<sub>n</sub>*

**237,19 VIII XII XVIII XXVII (B12)**

175 multiplicati per superiores  
*P<sub>b</sub>V<sub>2</sub>*

176 He sunt proportiones.  
*Aut*

**237,19 VIII XII XVIII XXVII (B12)**

177 bis IIII, bis VI, bis VIII et ter VIII  
*Aut*

**237,20 SESQUITERTIAS PROPORCIONES**

178 III III  
VIII XII XVI  
[XXVII XXXVI XLVIII LXIII]  
*Q<sup>2</sup>SEiK<sub>n</sub>*  
*gl. repet. Ei XXVII XXXVI XLVIII LXIII] add. Ei(2)*

**237,21 EXTENDERE**

179 augere  
*Aut*

**237,21 PONAS SESQUITERTIORUM RADICES**

180 Radices vero sesquiterciorum III et quatuor, de quibus idem facies,  
quod de sesquialteris.  
*Lpl*

**237,22 QUAE**

- 181 scilicet  
*Aut*

**237,23 ATQUE AD HUNC MODUM MULTIPLICES.**

- 182 sicut superiores  
*PbV2*
- 183 hoc modo:  
III IIII  
VIII XII XVI  
*Vrf*  
*cf. II,8,178*

**237,23 MULTIPLICES**

- 184 verbum est secundae personae  
*Pn*
- 185 istos  
*PbV2*

**237,24 SESQUIQUARTAS**

- 186 IIII V  
XVI XX XXV  
*Q2S*
- 187 velis extendere  
*PbPnV2*  
*extentendere V2*
- 188 requiris  
*Pe5*
- 189 proporciones velis augere  
*Aut*

**237,24 SESQUIQUARTORUM DISPONES RADICES**

- 190a IIII et V  
*Q2WiBwi*
- 190b V ad IIII  
*Aut*
- 191 radices sesquiquartorum IIII et V, de quibus eadem est regula  
*Lpl*

**237,24 RADICES**

- 192 Radix femininum genus est  
*P<sub>n</sub>*

**237,25 QUOTLIBET**

- 193 numeros  
*Aut*

**237,26 QUANTUM AUTEM NOBIS HAE CONSIDERATIONES  
PROSINT**

- 194 qui fructus in his modo sit, non demonstratur, sed quantum  
*Aut*

## LIB. II, CAP. 9

## 237,28 DE PROPORTIONE NUMERORUM, QUI AB ALIIS METIUNTUR.

- 1 Aliud de natura proportionis numerorum, quae omnia ad opus sequentium erunt utilia.

*Lpl*

## 237,29 SI DUOS NUMEROS EORUM DIFFERENTIA INTEGRE FUERIT PERMENZA, IN EADEM SUNT PROPORTIONE NUMERI, QUOS SUA DIFFERENTIA MENZA EST

- 2 Axioma

*Vrf*

- 3 in III<sup>o</sup> <libro>

*Pe<sup>5</sup>*

- 4 Futuram expecta expositionem istius regulae.

*Aut*

- 5 duorum numerorum; *differentia eorum*, s. numerorum, si fuerit integra permensa, in eadem proportione erunt numeri, quos mensa est differentia sua.

*Wq*

## 237,29 DUOS NUMEROS

- 6a L LV

*Pe<sup>5</sup>*

- 6b ut LV et L

*Aut*

## 237,29 EORUM

- 7 vel propria

*PbV<sub>2</sub>*

- 8 numerorum

*Pe<sup>5</sup>*

## 237,29 DIFFERENTIA

- 9 ut V

*WqAut*

## 238,1 IN EADEM SUNT PROPORTIONE NUMERI

- 10 <sup>1</sup>Notandum quod *in eadem* [proportione, i.] commensuratione manebunt, vel in augmento vel in detrimento, quousque terminus mutet et ad alium transeat numerum. [<sup>2</sup>Et hoc ad magnorum numerorum proportionem dinoscendam multum valet utilissimumque est.]

*OLaMcPbPc\*AutLryVrf*

1 proportione, i.] *add. LaMcAutLryVrf* commensione *O* cum mensuratione *Aut* vel in detrimento] *om. Lry* vel detrimento *Mc* et ad] ad *Mc*

2 *add. LaMcPcAutLryVrf* ad hoc *Mc* utilissimum *La*

*cf. II,9,21*

## 238,1 NUMERI

- 11a L et LV  
*KnLzPrWbWnWqEwn*  
I et LV *Pr*

- 11b maiores ut L et LV  
*Pn*

## 238,2 DIFFERENTIA

- 12 V  
*LzWbWnWqEwnLlz*

## 238,2 IN QUA ERUNT PROPORTIONE ETIAM HI NUMERI, SECUNDUM QUOS EOS SUA MENSURA EST DIFFERENTIA

- 13 in arithmetica non  
 $Q^2$

## 238,3 HI

- 14 [ut] verbi gratia X et XI  
 $Q^2SKnLzPe^5PnWbWnWqEwnLplLlz$   
ut] *add. S* verbi gratia] *om. KnLzPePnWbWnWqEwnLplLlz*

## 238,3 DIFFERENTIA

- 15 V  
*Pr*  
IV *Pr*

**238,4 HI IGITUR AD SE INVICEM SESQUIDECIMA HABITUDINE  
COMPARANTUR**

- 16 ab unitate enim differunt X et XI, simili quoque proportione L et LV, [i. sesquidecima]

*K<sub>n</sub>L<sub>z</sub>Pr<sup>2</sup>W<sub>b</sub>W<sub>q</sub>L<sub>l</sub>z*

differunt] differentiae *K<sub>n</sub>Pr* simili quoque] similique *L<sub>l</sub>z* i. sesquidecima]  
*add. W<sub>q</sub>*

- |    |                              |       |       |       |
|----|------------------------------|-------|-------|-------|
| 17 | <sup>1</sup> octuplus versus | LXIII | VIII  | I     |
|    | sesquioctavus igitur         | LXIII | LXXII | LXXXI |
|    | nonuplus <versus>            | LXXXI | VIII  | I     |
|    | sesquinonam                  | LXXXI | XC    | C     |
|    | decuplus versus              | C     | X     | I     |
|    | sesquidecimus                | C     | CX    | CXXI  |

<sup>2</sup>Habet enim CXXI totum CX in se et eius mensura, i. XI. <sup>3</sup>Ipsa est X<sup>ma</sup> CX huius numero. <sup>4</sup>Sic ergo, ut C et XC per denarium (decies vel undecies vel undenarium) metiuntur, ita L et LV per medietatem denarii, quod est V, in sesquidecima proportione metiuntur.

<sup>5</sup>Habet enim LV totum L in se et eius denariam, i. V, qui V<sup>e</sup> XI<sup>es</sup> in maiore reperiuntur, cum decies in minore sit.

*Mc*

4 decies vel undecies vel undenarium] *suprascr. Mc*

5 totum] *tonum Mc*

- 18 quia LV continet L et decimam partem eius, i. V

*Aut*

**238,6 HIC**

- 19 quinarus

*LzPbPc<sup>5</sup>PrV<sub>2</sub>W<sub>b</sub>WiWqAutBwiLl<sub>z</sub>Vrf*

**238,7 UNDECIES**

- 20 mecietur quinarus

*Aut*

**238,6 HIC IGITUR METIETUR ...**

- 21 Hoc ad magnorum numerorum dinoscentiam multum valet.

*OQ<sup>2</sup>SV<sup>1</sup>PbPqWq*

Hec *Pq* dinoscentiam] proportionem dinoscentiam *OPb*

*cf. II,9,10*

**238,8 SECUNDUM X IGITUR ATQUE XI NUMEROS LV ET L PROPRIA DIFFERENTIA, ID EST QUINARIUS PERMETIETUR, ET SUNT XI AD X SESQUIDECIMA COMPARATIONE COMPOSITI.**

- 22 <sup>1</sup>Nam sicut quinarium mensurat decies L, sic unitas mensurat decies X, <sup>2</sup>et sicut quinarium mensurat undecies LV, sic unitas mensurat undecies XI, <sup>3</sup>et sicut sesquidecima proportio est in maioribus numeris, qui mesurantur, hoc est L et LV, sic sesquidecima proportio est in minoribus [numeris], qui mesurant maiores, hoc est X ad XI.

*OLaMcPbPc\*Pe<sup>5</sup>V2WqAutLryVrf*

1 decies mensurat quinquaginta undecies quinquaginta V Vrf decies L] quinquaginta L Mc decies mensurat X undecies mensurat XI Vrf per X OPe

2 om. Vrf

3 est in] in Lry hoc est] om. Pe L et LV] L LV La LV Mc in] om. PbV2 numeris] add. PbV2 X et XI LaVrf X ac XI Wq

**238,8 SECUNDUM X IGITUR ATQUE XI**

- 23 secundum illam proportionem, quae est inter X et XI  
Vrf

**238,8 LV ET L**

- 24 istos, s. numeros  
Vrf

**238,9 PROPRIA DIFFERENTIA**

- 25 nominativus  
Vrf

- 26 unitas  
PnLpl

**238,9 ET SUNT XI AD X SESQUIDECIMA COMPARATIONE COMPOSITI**

- 27 Expositio est.  
Vrf

- 28 quia XI continet X et decimam partem eius, i. unum  
Aut



**238,10 COMPOSITI**

- 29 comparati  
*PnLpl*

**238,10 IN EADEM IGITUR SUNT PROPORTIONE NUMERI**

- 30 in sesquiX<sup>a</sup>  
*Vrf*

**238,11 NUMERI**

- 31 L et LV  
*OBiKnLzPbPnPrVzWbWnWqAutEwnLlz*  
*LV et L Aut et] om. PnWnWqEwn*

**238,11 DIFFERENTIA**

- 32 V  
*OBiPbPnPrVzWqLpl*  
*quinarius BiPbVz quinaris PnLpl*

**238,12 IN QUA**

- 33 sesquidecima  
*PnLpl*

**238,12 HI**

- 34a X et XI  
*OQ<sup>2</sup>SBiKnPbPnPrVzWbWnWqAutEwn*  
*XI] XII O*

- 34b X XI numeri  
*Pc*

**238,13 EOS**

- 35 L et LV  
*O*

**238,13 PROPRIA DIFFERENTIA**

- 36 V  
*LzWbWnLlzEwn*  
*LV Ewn*

**238,13 QUOD SI QUA DIFFERENTIA ...**

- 37 Axioma  
*Vrf*

**238,13 QUA**

- 38 aliqua  
*BiPb*
- 39 data  
*Kn*

**238,14 EOS NUMEROS**

- 40 ut LIII et LVIII  
*Aut*

**238,14 DIFFERENTIA**

- 41 ut quinarius  
*Aut*

**238,15 UT**

- 42 quomodo ita, exponit, s. ut  
*Aut*

**238,15 EANDEM MENSURAM NUMERORUM PLURALITAS EXCEDAT IDEMQUE IN UTRISQUE SIT EXCESSUS ET SIT DEMINUTIOR DIFFERENTIAE MENSURA, QUAM EST PLURALITAS NUMERORUM**

- 43 quia pluralitas LIII numeri excedit decies V, et pluralitas LVIII excedit undecies quinque, et hac ablacione numeri, qui remansere post ablacionem, i. L et LV, inter se maiorem habent proporcionem, quam esset, cum unusquisque habebat in se ternarium abstractum.  
*Aut*  
oblacione *Aut*

**238,15 PLURALITAS**

- 44 copia  
*Aut*

**238,16 IDEMQUE IN UTRISQUE SIT EXCESSUS**

- 45 aequalis transilitio  
*OPbV2*
- 46 equalis transgressio  
*Bi*
- 47 qui metiuntur eadem differentia  
*Pe5*

**238,16 EXCESSUS**

- 48 augmentum  
*Pe5*
- 49a ut non possit pertingere usque ad summam nimis exuberantem  
*Lpl*
- 49b <sup>1</sup>non pertingens husque ad summam. <sup>2</sup>Quinarius enim decies non pervenit husque ad LIII, nec undecies husque ad LVIII.  
*LryVrf*  
*2 om. Lry*

**238,16 ET SIT DEMINUTIOR DIFFERENTIAE MENSURA, QUAM EST PLURALITAS NUMERORUM**

- 50 non comprehendat totam quantitatem numerorum  
*OPe5*
- 51 ut sunt III minus V duobus  
*KnLzPr<sup>2</sup>WbWnWqEwnLlz*  
*ut] II<sup>o</sup> Pr V] om. Llz*
- 52 Ipse exponet affatim in sequenti.  
*Aut*

**238,17 DIFFERENTIAE**

- 53 V  
*EiEnKnLzMhMkPrWbWnWqEwnLlz*

**238,17 PLURALITAS NUMERORUM**

- 54 L LIII  
*EiEnMhMk*  
*LIII] III Mh*
- 55 LIII et LVIII  
*KnLzPrWbWnWqEwnLlz*

**238,18 MAIOREM OBTINEBUNT PROPORTIONEM AD SE INVICEM  
NUMERI, SI EIS ILLUD, QUOD RELINQUITUR POST MEN-  
SIONEM, RETRACTUM SIT, QUAM FUERUNT INTEGRI**

- 56 Verbi gratia: Maiorem habebunt proportionem L et LV, si ternarius utrisque fuerit detractus, quam habuerunt, dum erant integri, i. LIII.

*Lpl*

**238,19 NUMERI**

- 57 comparati  
*BiPb*

**238,19 SI**

- 58 hoc est quod  
*Aut*

**238,19 EIS**

- 59 numeris  
*Aut*

**238,19 QUOD RELINQUITUR POST MENSIONEM**

- 60 III  
*PrWqAut*

**238,20 PROPRIA DIFFERENTIA**

- 61 uniuscuiusque, i. decies V L, et undecies V LV  
*Aut*

- 62 *Propriam differentiam* dicit quinarium, qui, dum metiebatur illos integros LIII et LVIII, ad eorum exuberationem non potuit pertinere.

*Lpl*

**238,21 SINT ENIM NUMERI DUO LIII ET LVIII.**

- 63 Si vero addas binarium unicuique, erunt LV et LX; atque idcirco in his minor proportio, quam in L et LV, aut si subtrahas ternarium utrisque.

*KnLzPr<sup>2</sup>WbWqLlz*

erunt] *om. Wq LX] XL LzLlz minor] om. Wq aut si] aut Kn ut Pr*

- 64 <sup>1</sup>Excepta [i. ablata] quadam praecisura [i. minima] LIII et LVIII in sesquitertia decima proportione sunt. <sup>2</sup>Quod ita probatur: Sublata unitate a LIII et a LVIII duobus sublatis [i. quia LVI continet LII et tredecimam partem eius, i. IIII, remota quadam praecisura] sesquiertii decimi sunt LII ad LVI. <sup>3</sup>Divide ergo unitatem, quam a LIII<sup>bus</sup> subtraxeras, in XIII minutias easque distribue singulas per singulos quaternarios, qui sunt XIII<sup>es</sup> in LII<sup>obus</sup>. <sup>4</sup>Rursus duas unitates a LVIII subtractas dissipabis singulas in XIII minutias, ex quibus XIII sumptas, appones singulas singulis quaternariis, qui sunt XIII in LVI, et remanent XII minuciae. <sup>5</sup>Hac igitur praecisura reiecta LIII et LVIII sesquitercii decimi sunt.

*LaMcPb<sup>3</sup>\*Pc\*RI\*AutLryVrf*

1 Excepta] Excepto *Lry* Facta *Vrf* i. ablata] i. oblata *add. supra Aut* quaedam *Mc* praescirura *Lry* i. minima] *add. supra Aut*

2 a LIII] LIII *McPbAutLry* de LIII *Vrf* a LVIII duobus sublatis] duobus sublatis LVIII *McPbAutLry* duobus sublatis de LVIII *Vrf* i. quia - praecisura] *add. Aut* sunt] *om. Mc* ad] et *Mc*

3 ergo] *om. McPbRI* a LIII<sup>bus</sup>] LII<sup>bus</sup> *McPbRIAutLry* de LIII *Vrf* distribuas *Aut* quaternarios] *om. LaRI*

4 a LVIII] LVIII *McPbRI* *Lry* de LVIII *Vrf* XIII sumptas] XIII sumptas *McLry* singulas appones singulis *Lry* singulas] *om. McPbRIAutVrf* sint *Pb*

5 Haec *Aut*

## 238,24 L

- 65 quia decies quinque L sunt et non ultra  
*Aut*

## 238,25 IDEM

- 66 quinarius  
*BiPbPrV2Aut*

## 238,25 LV

- 67 quia undecies V LV sunt et non ultra  
*Aut*

## 238,26 EX UTRISQUE

- 68 a LIII et LVIII  
*Aut*

**238,31 IN HOC IGITUR MANIFESTUM EST, MAIORIS ESSE PROPORTIONIS INTER SE L ET LV QUAM LIII AD LVIII. IN MINORIBUS ENIM NUMERIS MAIOR SEMPER PROPORTIO REPPERITUR; QUOD PAULO POSTERIOUS DEMONSTRABIMUS.**

- 69 <sup>1</sup>Adtende lector, quia hoc solum vult demonstrare in hoc loco, quod maiores sunt proportiones, quando minores sunt numeri, quam cum augentur aequaliter. <sup>2</sup>Quod paulo post confirmat de primo naturali numero.

*OM7*

- 70 <sup>1</sup>Verbi gratia duo ad unum dupla proportio est, III ad duos sesquialtera, IIII ad III sesquitertia. <sup>2</sup>Maior itaque est proportio dupla quam sesquialtera, minorque numerus; maior sesquialtera quam sesquitertia, minorque numerus [quia in minoribus maior].

*OBiM7McPbPc\*V2AutLryVrf*

1 a duo *O* duo ad II *Aut*

2 proportio est *McPbV2AutLry* est] *om. Bi* minorque] minor tamen *Bi* maior sesquialtera] minor sesquialtera *Aut* nam in sesquialtera *Lry* sestertia *V2* minorque] minor tamen *Bi* quia in minoribus maior] *add. Mc*

**238,31 IN HOC IGITUR**

- 71 ablacione III ab utrisque

*Aut*

oblacione *Aut*

**238,32 QUAM LIII AD LVIII**

- 72 Nam sesquiundecima erit, si duo additi fuerint, ut sunt LV ad LX

*Wq*

XL *Wq*

**238,32 IN MINORIBUS ENIM NUMERIS MAIOR SEMPER PROPORTIO REPPERITUR**

- 73 <sup>1</sup>Quod maioribus numeris minor sit proportio, in minoribus maior. <sup>2</sup>Hic queritur, quomodo minor proportio est in LIII et LVIII, quam in L et LV, <sup>3</sup>et quomodo iterum maior proportio est in XLVIII et LIII, quam in L et LV.

<sup>4</sup>Sic est respondendum, quod, si iste Boetius iterum adderet super LIII II, essent LV, <sup>5</sup>et ipsum numerum mensuraret quinarius undecies. <sup>6</sup>Et si adderet super LVIII alia II essent LX, <sup>7</sup>et mensuraret idem numerus illum duodecies; <sup>8</sup>et esset sesquiundecima proportio inter LV et LX, quae est minor ex sesquidecima. <sup>9</sup>Sed quamvis non

pervenit usque ad illam proportionem in LIII et LVIII, <sup>10</sup>tamen apparet ex hoc, quod minor proportio est in maioribus numeris et maior in minoribus.

<sup>11</sup>Item si demeret III ex XLVIII, essent XLV, et mensuraret illum quinarius novies. <sup>12</sup>Et similiter, si tolleret ex LIII III, remaneret L, et mensuraret illum quinarius decies. <sup>13</sup>Et esset sesquiquina proportio, quae maior est sesquidecima. <sup>14</sup>Et est iste numerus, hoc est L et LV, medius inter maiorem et minorem. <sup>15</sup>Nam minorem proportionem habet a maiore, et maiorem a minore.

<sup>16</sup>Et hic iterum quaeritur, quare III addidit quantitati numeri utriusque, ut maiores efficeret numeros, <sup>17</sup>et quare duos minuit ex eadem quantitate, ut minores faceret.

<sup>18</sup>Sic solvendum est, quod quantitatem quinarii, qui est differentia praedictorum numerorum, divisit in duas partes, hoc est in III et II, <sup>19</sup>et maiorem partem addidit quantitati praedictae, ut essent maiores numeri, et minor proportio; <sup>20</sup>et minorem dempsit ex eadem quantitate, ut essent minores numeri et maior proportio.

*O\*LaM7McPb\*Pc\*PePqV2WqAutHwgLryVrf*

1] *om. LaM7McPcPePqWqAutHwgLryVrf*

2 Hic] *om. LaMcPcPeAutHwgLryVrf in LIII] LIII Pe in L] L PbV2 et in LV Pq*

3 iterum] igitur Pq maior] minor PeHwg XLVIII] LVIII Pq in L] L Hwg et in LIII Pq LIII] LVIII Aut

4 respondendum est *LaMcPeAutHwgLryVrf* iste] *om. Wq phylosophus iste LaLry philologus iste McPeAutHwgVrf II] duo s. Lry essent] add. Pb<sup>3</sup> om. V2*

6 alia] *om. La*

7 et] quem Wq illum idem numerus La illum] *om. Wq*

8 sesquiundecima inter LV et LX proportio M7 propocio V2 inter] i. *LaMcPbPeV2AutHwgLryVrf* minor est Lry ex] *om. LaM7LryVrf est McAut*

9 quamvis] quinarius OM7 quam Pb (vis add. Pb<sup>3</sup>) V2 ad illam proportionem non pervenit *LaMcPbPeV2AutHwgLryVrf*

10 et] *om. PeHwg* maiora in minoribus M7

11 Item] Ite V2 XLV] XLVI La

12 Esset similiter Hwg

12-13 si III tolleret de XLIII remaneret (remaneret *McAutLryVrf*) XL mensuraret quinarius (qui quinarius *AutLry*) octies et esset (essent *Mc*) sesquioctava proportio *LaMcAutLryVrf*

12 et similiter tolleret XLIII iure manerent L PbV2 si tres tolleret de LXIII<sup>b<sup>us</sup></sup> (LIII Hwg) iure remanerent L PeHwg et mensuraret illum] mensuraret PbV2 quinarius illum Hwg illum] *om. Wq*

13 Et] *om. Hwg* quae] qui *Mc*

14 numerus iste Pq iste] *om. Vrf* hoc est L et LV] XLVIII et LIII PeHwg

15 - 18 Sic solvendum est] *om. Vrf*

15 *om. LaMcAutHwgLry* Nam maiorem proportionem habet a maiore minore a maiore. PbV2 Nam maiorem proporcionem habet ad minorem a maiore. Pe Nam maiorem proportionem habet a minore et minorem a maiore. Pq Nam maiorem proportionem habet a maiore minorem a minore. Wq

16 Et hic] *om. La quare om. Hwg* quantitati numeri addidit *LaMcPb-PeV2AutLry* quantitati utriusque numeri addit *Hwg* utriusque numeri *M7* efficiat *Hwg*

17 minui *M7* quantitatem *V2* minorem *M7* faceret] efficeret *Pe*

18 Sic] Et illud sic *Wq* est] *om. Aut* quinarium] binarii *V2* qui] quae *LaMc-PbPeAutHwgLryVrf* quod *V2*

19 addit *OHwg*

19 maiores numeri - 20 ut essent] *om. Pq*

20 minorem] maiorem *Mc* dempsit] depressit *LaMcAutLryVrf* ut] *om. V2*

- 74 Si intelligis in multiplici, falleris; potius e contrario ibi invenies: Maior enim est tripla quam dupla, et quadrupla quam tripla, et sic in ceteris. In superparticularibus et c. vera est regula.

*Lpl*

### 238,32 IN MINORIBUS ENIM NUMERIS

- 75 particularium

*Q<sup>2</sup>S*

### 239,1 QUOD PAULO POSTERIUS DEMONSTRABIMUS

- 76 in XII capitulo III libri

*Q<sup>2</sup>S*

### 239,2 SIN VERO ...

- 77 Axioma

*Vrf*

- 78 Ad confirmandam hanc praesentem, quam dederat regulam, hoc etiam addit. Dederat primum regulam de proportione L et LV respectu proportionis iudicum, i. X et XI, a quibus excrescebant per quinarium, qui fuit illorum differentia. Et postea de exuberantibus, i. LIII et LVIII. Nunc vero de diminutis, i. XLVIII et LIII, in quibus postremis duobus confirmant datam regulam, quia in minoribus maior est proportio et in maioribus minor, quod subintelligitur.

*Lpl*

### 239,3 SUPERVADAT

- 79 supervincat

*M6*

- 80 supercrescat

*PbV2AutLry*

- 81 sicut binario XLVIII et similiter LIII

*KnLzPr<sup>2</sup>WbWqLlz*  
et] *om. Wq*



**239,3 EADEMQUE UTROSQUE NUMERI PLURALITATE PRAETER-EAT**

82 illa differentia permensa

*LzWbLlz*

83 in sequenti solvetur

*Aut***239,3 EADEMQUE**

84 permensio

*M6*

85 equali

*Pb***239,5 SUPERIUS MENSI**

86 L LV

*Pe5***239,5 SUPERIUS**

87 quasi prius

*Aut***239,5 MENSI**

88 quia

*Aut***239,5 CUM ADDITIONE**

89 interposicio

*Aut***239,5 EIUS SUMMAE**

90 binarii

*Pe5Wi*

91 quinarii

*PnLpl*

**239,6 QUA**

- 92 summa  
*M6Aut*
- 93 secundum quam  
*Pe5*

**239,6 SUPERVADIT**

- 94 differentia  
*CgPb<sup>3</sup>PiR1*  
*instar textus CgR1*

**239,7 SINT ENIM NUMERI XLVIII ET LIII.**

- 95 XLVIII LIII  
L LV  
LIII LVIII  
*Pb<sup>3</sup>*

**239,8 METIATUR IGITUR XLVIII NUMERUM QUINARIUS DECIES, FIUNT L.**

- 96 Id, si dixerimus, decies V habebimus; duos plus, quam sint XLVIII.  
Et hoc est, quod dicit: *L numerus supervadit numerum XLVIII binario.*  
*Aut*

**239,10 SUPERVADIT**

- 97 habundat  
*Aut*

**239,10 BINARIO**

- 98 duos supervadit  
*Aut*

**239,11 IDEM**

- 99 quinarius  
*M<sup>3</sup>Q<sup>2</sup>SBiEnKnLzPiPqPrWbWnLplLzTpi*  
quinarris *Q*

**239,11 QUI**

100a LV  
*PqPr*

100b numerus, i. LV  
*Aut*

**239,11 QUI**

101 quinarius  
*KnLzPr<sup>2</sup>WbLlz*

**239,12 LIII**

102 et XLVIII  
*Wq*

**239,12 UTRISQUE**



103 LIII et XLVIII  
*Aut*

**239,14 ad B14**

104 XLVIII V LIII  
L LV  
LIII LVIII  
*Aut*  
*cf. II,9,95*

**239,16 MINORE IGITUR ...**

105

*LaPe*

1 sesquiundecima proportio] sesquiXlma *Pc*  
 2 maior quam sesquinona minor quam sesquidecima proportio *La* sesquide-  
 cima proportio *La*  
*instar textus La*

### 239,16 MINORE IGITUR SUNT PROPORZIONE L AD LV

106 L enim ad XLV sesquinona proportio est, LV vero ad L sesquide-  
 cima, ideoque minor.

*LzPr<sup>2</sup>WbWqLlz*

XLV] LV *Wq* sesquinona] sesquitertia *Pr* sesquiuna *Wq* sesquidecima]  
 sesquiundecima *PrWq* idemque *Llz*

### 239,16 MINORE

107 in  
*Aut*

### 239,16 PROPORZIONE

108 sesquidecima  
*PbPcAutVrf*

### 239,16 CUM ADDITIONE SCILICET BINARI

109 quae tamen in eis supercrevit  
*Q<sup>2</sup>SLzPbPqRlV2WqLlzPhl*  
 qui *PbV2* tamen tantum *Wq* superexcrevit *LzPbPqRlV2Llz*

### 239,17 QUO

110 binario  
*M6PbV2Aut*

### 239,17 SUPERVADIT

111 XLVIII et LIII  
*PbPcAutVrf*

### 239,18 QUAM XLVIII ET LIII NUMERI

112 sesquiloni relicto ternario  
*PbPcAutVrf*

113 <sup>1</sup>XLVIII [et] LIII in sesquinona proportione possent haberi, nisi  
 quaedam unitatis particula deesset. <sup>2</sup>Quod defectum dicimus  
 hoc modo: <sup>3</sup>Sublatis enim tribus ab utroque termino reliqui in

sesquinona proportione sunt. <sup>4</sup>Tres vero unitates, quas XLVIII subtraxeras, partire singulas in tria. <sup>5</sup>Has minutias singulas per singulos quinarior, qui sunt novies in XLV, distribue. <sup>6</sup>Eandem divisionem fac et de tribus, quos LIII recidisti, <sup>7</sup>similiterque singulas minutias singulis quinariis, qui sunt decies in L, appone. <sup>8</sup>Sed VIII minutiae [singulis] VIII quinariis aequabuntur. <sup>9</sup>Decimo igitur si non deficeret minutia, XLVIII et LIII sesquinoni essent.

*LaMcPb<sup>3</sup>Pc\*R1AutLryVrf*

1 XLVII Lry et] *add. AutLryVrf*

3 enim] *om. LaAutLryVrf sesquinona] sesquitertia LaLryVrf*

4 vero] *om. La a XLVIII LaAut de XLVIII Vrf detraxeras Vrf in tria] in alia a tria (alia cancell.) Aut*

5 XLII Lry

6 et de] *ex La a LIII LaAut recidisti] retulisti Vrf*

8 quinarior Lry singulis] *add. Vrf*

9 Decima *AutVrf deficeret Aut LXLVIII et LII Mc*


**239,19 MAIORES VERO ET MINORES PROPORCIONES HOC MODO INTELLEGUNTUR.**

114 Determinat regulam superius datam.

*Lpl*

**239,23 UNDE FIT, ...**

115



*La*

**239,25 HINC EVENIT, UT IN NUMERIS MINORIBUS MAIOR SEMPER VIDEATUR PROPORTIO SUPERPARTICULARIUM NUMERORUM.**

- 116 non autem multiplicium, quia multiplex, quanto maior est in numero, tanto maior in proportione. Superparticularis vero in minoribus maior, in maioribus minor.  
*P<sub>e</sub><sup>5</sup>*

**239,26 SUPERPARTICULARIUM**


- 117 sesquialterorum  
*Aut*

**240,3 MINOR**

- 118 proportio  
*OM6*

**240,4 HINC APPARET ...**

119



*Vrf*

**240,4 HINC APPARET**

120 ex naturali numero

*M6*

121 ex ratione praemissa

*Aut***240,5 SUPERPARTICULAREM**

122 sesquialteram

*Aut***240,6 AEQUA PLURALITAS ADDATUR**

123 V XLVIII et LIII

*EiEn*

124 ut in L et LV assumpta pluralitate s. binario

*Aut***240,6 AEQUA**

125 aequalis

*OM6PbV2***240,6 MAIOREM ESSE PROPORTIONEM ANTE AEQUAE PLURALITATIS AUGMENTUM, QUAM POSTEA QUAM EIS PLURALITAS AEQUA SIT ADDITA.**

126 unde in L et LV maior est proportio quam prius, cum III in utroque adiiiciuntur et fiunt LIII et LVIII.

*OQ<sup>2</sup>SV<sup>1</sup>PbPqWq*unde in] inde *O* unde inter *V* quam] quae *Pb* quod *Pq* quia *Wq* prius] post *OPb* proportio *VWq* postquam *Pq* cum] *om. Pq III] om. OPb*

127 sicut superius monstratum est in XLVIII et LIII, [quibus utrisque equaliter binarius est additus.]

*KnLzWbWqLlz*superius] in superioribus numeris *Wq* in] i. in *Wq* quibus - additus] *add. LzWbLlz* binarius equaliter *Llz***240,6 MAIOREM ESSE PROPORTIONEM**

128 sicut in L et LV ante additionem ternarii

*Pc<sup>5</sup>*

**240,6 MAIOREM ESSE**

- 129 apparet, dico  
*Aut*

**240,7 ANTE AEQUAE PLURALITATIS AUGMENTUM**

- 130 priusquam pluralitas addatur  
*Aut*
- 131 ut minorem proportionem faciunt L et LV assumpta equa pluralitate, s. binario, quam XLVIII et LIII  
*Aut*

**240,8 POSTEA QUAM EIS PLURALITAS AEQUA SIT ADDITA**

- 132 in XLVIII LIII, ut in L et LV, et LIII et LVIII  
*O*



## LIB. II, CAP. 10

## 240,11 ILLUD ETIAM ...

- 1 Axioma  
Vrf

## 240,11 PRAEMITTENDUM

- 2 antemittendum  
Pn
- 3 dicendum  
PnAut

## 240,12 PAULO POST

- 4a in II kapitulo IIII libri  
Q<sup>2</sup>SCgR<sup>2</sup>Wg  
paulo post s. in secundo quarti libri capitulo *repet. in marg. R2* in capitulo II<sup>o</sup> Wg
- 4b *Paulo post* quaere explanationem huius capituli in secundo capitulo quarti libri.  
BiMcPb<sup>3</sup>PcPeV<sup>2</sup>AutLryVrf  
Paulo post] *om. BiPe* quarti] huius *Mc*
- 4c in IIII<sup>to</sup>  
Pe<sup>5</sup>
- 4d in sequentibus melius intelleges i. IIII libro  
Pr<sup>2</sup>

## 240,12 SI MULTIPLEX INTERVALLUM BINARIO FUERIT MULTIPLICATUM, ID ETIAM, QUOD EX ILLA MULTIPLICATIONE NASCETUR, MULTIPLEX ESSE

- 5 <sup>1</sup>*Intervallum*, i. proportio, *binario multiplicatur*, cum in tribus terminis extenditur. <sup>2</sup>Nam inter duos terminos unum est tantum intervallum. <sup>3</sup>Ad hanc autem probandam sententiam, cum primum vicini sibi conferantur termini, deinde conferuntur extremi [ad se].  
Q<sup>2</sup>SV<sup>1</sup>LzMcMf<sup>2</sup>MhMkMmShWgLlz  
1 Intervallum - multiplicatur] *om. LzMfMhMkMmShLlz* Intervallum est proportio binario multiplicato *Mc* i.] hoc est *Wg*  
2 unum tantum intervallum est *QSMm* unum tantum est intervallum *LzMfMhMkShLlz*

3 autem] *om. LzMfMhMkMmShLlz* vicini conferantur sibi *QS* sibi vicini conferantur *LzMfMhMkMmShLlz* sibi vicini conferuntur *Mc* deinde] dehinc *Wq* conferuntur] conferantur *Wq* ad se] *add. Mm*

- 6 <sup>1</sup>Multiplicatio intervalli per binarium in cuiuslibet specie et inaequalitatis proportione fit, cum tres termini sumuntur ad proportionalitatem. <sup>2</sup>Et sit proportio medii ad extremos, et rursus extremorum ad se.

*LzMf<sup>2</sup>MhMkMmShLlz*

1 per binarium in] per *suprascr.* in *Mm* et inaequalitatis] equalitatis *Mm* et equalitatis *Sh*

2 sit] *om. LzLlz* extremas *Sh* et rursus *om. Mm*

- 7 Quod dicit: multiplicari per binarium, nihil aliud est, nisi, ut bis fiat eadem proportio in tribus terminis.

*LzLlz*

*alia manu Lz* dicunt *Llz*

- 8 <sup>1</sup>*Multiplex intervallum* est, quod ex sesquialtero sesquitercioque nascitur: II IIII VI. <sup>2</sup>Dum primus multiplex binarius binario multiplicatur, id, quod inde nascitur, i. IIII, multiplex est. <sup>3</sup>Similiter dum secundus multiplex, qui est quaternarius, binario multiplicatur, VIIInarius natus multiplex. <sup>4</sup>Similiter senarius binario multiplicatus XII multiplicem reddit, et reliquae.

*Mc*

2 Dum primus] duprimus *Mc* binario] binarium *Mc*

- 9 <sup>1</sup>*Intervallum*: hic proporcionem adcipias. <sup>2</sup>Proporcio enim binario multiplicatur, cum in tribus terminis extenditur. <sup>3</sup>Duos etenim et unum dupla regit proportio, quae binario multiplicata in tribus terminis extenditur: I II IIII. <sup>4</sup>Dupla namque hic proportio geminatur, dum eadem, quae inter II et I, inter IIII et II redditur. <sup>5</sup>Ex hac itaque multiplici proportione, i. duplici, binario multiplicata multiplex redditur, i. quadrupla.

*Pe*

5 multiplici] multiplicio *Pe*

- 10 Dico: *si binario fuerit multiplicatum, id quod nascetur multiplex esse demonstrabitur*. Nam si illud non fuerit multiplex, nec illud, quod *binario fuerit m<ultiplicatum>*, erit multiplex a pari per conversionem. Sicut: ‚Homo est animal.‘ Nam si non est animal, non est homo.

*Aut*

## 240,12 MULTIPLEX INTERVALLUM

- 11 II IIII

*KnLzPrWb*

**240,12 INTERVALLUM**

12 vel spatium

*M6*

13 proporcio

*Aut***240,12 BINARIO FUERIT MULTIPLICATUM**

14 bis geminetur, ut, si haec proporcio I II geminetur, i. addatur huic alia, ut sit sic: I II IIII. Tunc IIII<sup>or</sup> ad unum faciunt multiplicem proporcionem, sicut duo ad unum.

*Aut***240,12 BINARIO**

15 per binarium, hoc est, quando binae multiplicantur proportiones

*LzWbLz***240,14 MULTIPLEX ESSE**

16 constat

*LzWb*

17 apparet

*M6*

18 demonstrabitur

*Aut**cf. II,10,27; II,10,39***240,14 QUODSI ID, QUOD EX TALI MULTIPLICATIONE PROCREATUM SIT, NON FUERIT MULTIPLEX, TUNC ILLUD NON ESSE MULTIPLEX, QUOD BINARIO FUERIT MULTIPLICATUM**

19 I II  
III VI

*K<sub>n</sub>***240,14 QUOD EX TALI MULTIPLICATIONE PROCREATUM SIT**

20 duo extremi termini

*PbV2*extremi termini] *om. V2*

**240,14 EX TALI**

- 21 illa  
*Mm*

**240,15 PROCREATUM SIT**

- 22 vel nascetur  
*M4*

**240,15 TUNC ILLUD NON ESSE MULTIPLEX, QUOD BINARIO FUERIT MULTIPLICATUM.**

- 23 V IIII  
*KnLzWb*

- 24 Sint IIII<sup>or</sup> V et I. Bis quinque non est multiplex quaternarii.  
*Wq*

**240,15 TUNC ILLUD NON ESSE MULTIPLEX**

- 25 apparet  
*M6*

- 26 manifestum est  
*PqWq*

**240,16 QUOD BINARIO FUERIT MULTIPLICATUM**

- 27 demonstrabitur  
*Aut*  
*cf. II,10,18; II,10,39*

**240,17 ITEM SI SUPERPARTICULARIS PROPORATIO BINARIO MULTIPLICETUR, ID QUOD FIT, NEQUE SUPERPARTICULARE ESSE NEQUE MULTIPLEX.**

- 28 Axioma  
*Vrf*

- 29 Require explanationem in principio libri.  
*Cg*

- 30 certum est  
*WiBwi*

- 31 II III  
 III VI  
*K<sub>n</sub>*
- 32 III VI VIII  
*Pr*
- 33 <sup>1</sup>Nonne II et III sesqualteri? <sup>2</sup>Bis bini III et bis terni VI. <sup>3</sup>Nonne similiter sesqualteri? <sup>4</sup>Sed non ita debes accipere, quod dicit: *si binario multiplicetur*, <sup>5</sup>sed ita potius ut [duobus intervallis] fiat coniuncta proportionalitas in tribus terminis hoc modo: <sup>6</sup>Sit primus terminus III, huius sesqualter VI, et senarii VIII, <sup>7</sup>qui novenarius ad primum comparatus nec multiplex nec superparticularis eius invenitur.

*BiCgLaMcPb<sup>2</sup>Pc<sup>2</sup>R<sup>2</sup>\*AutLryVrf*

1-3] II et III sesqualteri sunt. Multiplicati II per binarium reddunt III et III per eundem multiplicati reddunt VI. Sex et III nonne similiter sunt sesqualteri?  
*Bi*

2 et] *om. Cg*

4 debes accipere] accipiendum *CgR<sup>2</sup>* dicit] dicitur *CgR<sup>2</sup>* dicitur *La* Si binarii multiplicentur *Lry*

5 duobus intervallis] *add. BiCgR<sup>2</sup>* fiat] sit *Bi*

6 terminus] numerus *Lry* sesqualteri *Mc*

7 eius] ei *Mc*

#### 240,17 SI SUPERPARTICULARIS

- 34 vel: si intervallum non multiplex  
*PiTpi*

#### 240,17 BINARIO

- 35 binis proportionibus  
*LzWbLlz*

#### 240,18 ID QUOD FIT

- 36 ex tali multiplicacione  
*Aut*

#### 240,18 FIT

- 37 nascitur  
*Pn*

**240,18 NEQUE SUPERPARTICULARE ESSE NEQUE MULTIPLEX**

38 constat

*Pc<sup>5</sup>Pq*

39 demonstrabitur

*Aut**cf. II,10,18; II,10,27*

40 quia non utrumque est, sed aut superparticulare est aut multiplex

*MfMhMm**alia manu Mf est] om. Mm est] om. Mm***240,19 QUOD**

41 et

*Aut***240,19 NEQUE MULTIPLEX EST NEQUE SUPERPARTICULARE**42 I II IIII. II multiplex intervallum est, quod duplum est unitatis. Si binarius binario multiplicetur, erit multiplex et perveniet ad tertium terminum; sunt enim IIII<sup>or</sup>.*Wq**duplus Wq***240,20 NEQUE SUPERPARTICULARE**

43 est

*Aut***240,20 TUNC**

44 quoniam

*Pc<sup>5</sup>***240,21 VEL SUPERPARTICULARIS VEL ALTERIUS GENERIS**

45 est

*Pb*

46 esse

*WiBwi*

47 monstrabitur esse

*Aut*

**240,22 NON VERO MULTIPLICIS**

48 constat  
*Pe<sup>5</sup>*

49 liquet  
*WiBwi*

**LIB. II, CAP. 11****240,24 HIS**

- 1 quere in antea  
*P<sub>r</sub><sup>2</sup>*
- 2 modo dictis  
*Aut*

**240,24 DUOS PRIMOS SUPERPARTICULARES PRIMAM EFFICERE MULTIPLICEM PROPORCIONEM**

- 3 Axioma  
*V<sub>r</sub>f*
- 4 Si senarium, qui est triplus ad binarium, octonario iunxeris, qui est sesquitercius ad senarium hoc modo: II VI VIII, octonarius ad binarium quadruplus est.  
*O*

**240,24 SUPERPARTICULARES**

- 5 species  
*K<sub>n</sub>*
- 6 sesqualteros  
*Aut*

**240,25 PRIMAM EFFICERE MULTIPLICEM PROPORCIONEM**

- 7 dupplam  
*M<sub>6</sub>*

**240,25 SI SESQUALTER ET SESQUITERTIUS CONIUNGANTUR, DUPLICEM CREANT**

- 8 in arithmetica non  
*Q<sup>2</sup>*

**241,1 DUPLICEM**

- 9 quae est diapason  
*B<sub>x</sub>*



**241,3 SESQUALTER**

- 10 est  
*PiTpi*

**241,4 RURSUS PRIMUS MULTIPLEX PRIMO ADDITUS SUPERPARTICULARI SECUNDUM MULTIPLICEM CREAT.**

- 11 Axioma  
*Vrf*

**241,4 PRIMUS MULTIPLEX**

- 12 duplus  
*BiPbPcPnPqV2AutLplVrf*  
duplex *V2*

- 13 binarius  
*PnLpl*

**241,4 ADDITUS**

- 14 sequenti  
*PcAutVrf*

**241,4 SUPERPARTICULARI**

- 15 sesqualtero  
*BiPbPcV2AutVrf*

**241,5 SECUNDUM MULTIPLICEM**

- 16 triplum s. VI  
*PnLpl*

**241,6 PRIMUS SCILICET MULTIPLEX**

- 17 duplex  
*Pe<sup>5</sup>*
- 18 quantum ad proportionem, non ad numerum  
*Wq*

**241,7 SUPERPARTICULARIS**

- 19 sesqualter  
*PcPe<sup>5</sup>AutVrf*  
sequalter *Pc*

## 241,8 QUI


- 20 triplus  
*Pc<sup>5</sup>*

## 241,9 QUODSI TRIPLUM SESQUITERTIO ADDAS, QUADRUPLUS EFFICIETUR, SI QUADRUPLUM SESQUIQUARTO QUINCUPUS

- 21 Verba gratia: Pone II et eius triplum, i. senarium, senarii autem sesquitercium VIII. Nonne VIII ad II quadruplus? Pone igitur I, et eius quadruplum, i. IIII, huius autem sesquiquartum, i. V. Nonne V ad I quincuplus? Sic est de ceteris.

*Bi*

- 22
- |    |            |               |    |            |               |
|----|------------|---------------|----|------------|---------------|
|    | quadruplus |               |    | quincuplus |               |
|    | triplus    | sesquitercius |    | quadruplus | sesquiquartus |
| II | VI         | VIII          | II | VIII       | X             |
- Ei*



*Pn*

## 241,9 QUODSI TRIPLUM SESQUITERTIO ADDAS, QUADRUPLUS EFFICIETUR

- 24 II VI VIII  
*Q<sup>2</sup>K<sub>n</sub>*

## 241,9 QUODSI TRIPLUM SESQUITERTIO ADDAS

- 25 VI s. binarii VIII eius  
*W<sub>q</sub>*

**241,9 TRIPLUM**

- 26 VI  
*OLzPnWbWqLplLlz*
- 27 XII III  
*Pe<sup>5</sup>*
- 28 numerum  
*Aut*

**241,9 SESQUITERTIO**

- 29 VIII  
*OEiEnLzPnWbLplLlz*  
VIII *Wb*
- 30 III III  
*Pe<sup>5</sup>*

**241,9 ADDAS**

- 31 VI  
*Wq*

**241,9 QUADRUPLUS**

- 32a VIII ad II  
*OWq*
- 32b II VIII  
*EiEnMhMk*
- 33 binario  
*PnLpl*

**241,10 SI QUADRUPLUM SESQUIQUARTO QUINCUPLUS**

- 34 II VIII X  
*Q<sup>2</sup>*

**241,10 QUADRUPLUM**

- 35 VIII  
*OKnPbPnV2WqLpl*
- 36 XVI III  
*Pe<sup>5</sup>*
- 37 numerum  
*Aut*

**241,10 SESQUIQUARTO**

- 38 X  
*OEiEnKnMkPnLpl*
- 39 ad X  
*Wq*
- 40 XX XVI  
*Pe<sup>5</sup>*
- 41 addas  
*Aut*
- 42 denario; qui habet quartam partem octonarii, i. quincuplus erit ad binarium.  
*OPbV<sub>2</sub>*  
i.] *om. O*

**241,10 QUINCUPLUS**


- 43 X ad II  
*OWq*
- 44 XX IIII<sup>a</sup>  
*Pe<sup>5</sup>*
- 45 binario  
*PnLpl*  
binari *Lpl*

**241,12 MULTIPLICES**

- 46 numeri  
*Pe<sup>5</sup>*
- 47 proporciones  
*Aut*

## LIB. II, CAP. 12

## 241,13 DE ARITHMETICA GEOMETRICA ARMONICA MEDIETATE.



*McPb<sup>S</sup>R2AutLryVrf*  
 medietas] *om. Aut(2)* [(hoc est trina particio medietatis)] *add. Pb (cf. 241,24)*  
*gl. repet. Aut*

## 241,16 PROPORTIO ENIM EST ...

- 2 Diffinitio  
*Mc*
- 3a Quid proportio sit  
*Cg*
- 3b Quid sit proportio  
*EnMc*
- 3c Proportio  
*Kn*
- 3d Quid proportio [(Duorum terminorum ad se quaedam comparatio)]  
*Pb<sup>S</sup>R2AutLryVrf*  
 (Duorum terminorum ad se quaedam comparatio)] *add. Pb*
- 4 Quid proportio et quid proportionalitas  
*LzWbLlz*
- 5 Quid sit proportio. Proportio est s. duorum terminorum ad se comparatio. Proportionalitas autem in tribus terminis minimis constat.  
*Bi*

## 241,17 TERMINOS AUTEM VOCO ...

- 6 Quid [sit] terminus  
*McR2*

**241,18 PROPORTIONALITAS EST ...**

- 7 Quid proportionalitas [(Equarum proportionum collectio)]  
*CgMcPb<sup>3</sup>R<sup>2</sup>AutLryVrf*  
 (Equarum proportionum collectio)] *add. Pb*
- 8 in IIII<sup>o</sup>  
*Pc<sup>6</sup>*
